magis fauere debeo, Deum testor, ita fui moestus et conturbatus, ut primum h
fuit renunciatum Serenissimum Ernestum sua spe excidisse, quasi ipsemet g
uissimum uulnus accepisse. Sed postmodum tamen, ubi animum collegi,
causas secretiores sum perscrutatus, ob quas forte sapientissimus ille
arbiter, uoluerit regni Polonici negotia ita esse instituta, moderatius ag
coepi. Ex Pontificis Sanctissimi uoluntate toto christiano orbe Deo op
Maximo supplicatum est, ut in tanta Christiani imperii inclinat
talem gubernaculis Poloniae admoueret, qui reipublicae maxime utili
et ad defensionem fidei ardentissimus esset futurus. An uero meum
aut priuati cuiuspiam erit, in re tam pia ac salutari aut dicere a
cogitare eiusmodi preces fuisse manes, et irritas? Vbi autem illud
petite, et accipietis? Vbi et istud, Quicquid petieritis patrem in
meo, fiet uobis. Iudicet quisque ut uolet, sane illud comprimis ad
ror, et sine singulari Dei beneficio non fuisse factum arbitror, ut cent
et eo amplius equitum milia tanta tranquillitate tanto tempore potu
simul agere, et inter tot hominum studia, inter tot hominum facti
ad extremum summo consensu eum Regem esse renunciatum, qui aliq
insignes uictorias iampridem de religionis hostibus reportauit, et dum
eligeretur etiamnum aduersus haereticos fortiter depugnabat. Quapr
a dno uidetur istud esse factum, et est mirabile in oculis nris, a
si quis glorietur in dno glorietur. Quandoquidem uero Galli non
eum modum uulgo gloriantur, sed Dei illud beneficium ad fastum
superbiam referre, ac nescio quos spiritus inde concipere dicuntur,
ficile fuerit diuinare, quem exitum res ista sit habitura. Vereor
quod in tot difficultatibus gallicis Dns Deus uoluit tam zelosum
cordatum Principem euocari, ne hoc magis ad eius Regni pr
factum fuerit, tantoque propugnatore cum optimis et fortissim
quibusque egresso ultrices poenae de his quae contra Deum, et eius
onem, ab illis quos minime decebat, commissa sunt, reposcantur. Q
hominum studia intuetur, quamuis subinde flagella differat, ad
tremum tamen uindicat peccata parentum in filios ad tertia
et quartam usque generationem. Comedit Gallia ~~ut~~ uuam ac
metuendum est ne dentes filiorum magis obstupescant. Nondum finis

pax, et non est pax. Quantum uero ad foedus Turcicum attinet, non aliter qs
ex necessitate sibi imposita Regem designatum illud probare dicunt. Nam et
hac conditione nobilitas Poloniae eum elegit, ut pacem hactenus cum Turca
ab ea obseruatam foueat, et confirmet. Sed forte maior utriusque partis
uicinitas occasionem dabit ut uoluntates et studia mutentur. Haud
raro enim accidit, ut Principes longo interuallo separati ab inuicem fa-
cile quidem pacem conseruent, uicinores autem effecti eandem egre
admodum retineant. Quod uero suffragia non potius in Serenissimum Ernestum
cuius uirtus et integritas non parum etiam celebratur, reciderint, plures
affirmant non illius sane culpa, sed magis Germaniae merito accidisse.
Vt enim taceantur illi qui non modo aduersus Christum et religionem
eius, sed etiam aduersus se inuicem admiranda quadam rabie fre-
munt, dana christianismo ex nouis, nescio cuius syncretismi, et
dissimulationis studijs, data, quis explicet? Certe uult Deus ut aper-
te, etiam postposita omni rerum et fortunarum cura, ipsum colamque
nec solum uerbis, sed factis et rebus illius numen agnoscamus. Vnde etiam
Apostolus grauiter illos ~~insec~~ insectatur, qui uerbis quidem confitentur
se nosce Deum, factis autem negant. Qui hoc faciunt Principes (sint Ger-
mani, sint Galli, sint extremi etiam Garamantes nihil refert) tandem ex-
periuntur quam uana imaginatione fuerint delusi. Vnde expectabant
commoda, inde extrema suarum rerum euersione plerunque reportant,
quod syncerae fidei et religionis merito aliquando collatum fuerat,
hoc subito, dum contraria studia uel clam uel propalam sequimur, re-
trahi, alijsque conferri solet. Habenti enim dabitur, non habenti etiam
quod habet auferetur ab eo.

Nunc ad Cardinalem Comendonum uenio, de quo plerique ita loquuntur
quasi Austriacas partes clam oppugnarit, et ipsius Sanctissimi aperta
mandata spreuerit. Gallicas uero partes destinata uoluntate promo-
uerit. Caeterum qui illum norunt ipsiusque res gestas se perspectas ha-
bere credunt, longe aliud et sentiunt et confirmant. In primis aut
dicunt ipsum statim a Principio Caesaream Maiestatem serio admonuisse, ut
rebus Polonicis diligenter animum applicaret, atque in hoc omnem suam opera